AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh. Seite 106v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ria. Nam et ipsa per imaginem suam sibi adest. ac non per se ip
sam. Quid cum obliuionem nomino. atque itidem agnosco quod
nomino. unde agnoscerem nisi meminissem. Non eundem
sonum nominis dico. sed rem quam significat. quam si oblitus
esset quid ille ualeret sonus. agnoscere utique non uale
rem. Ergo cum memoriam memini. per se ipsam sibi presto est
ipsa memoria. cum uero memini obliuionem. et memoria
presto est et obliuio. memoria qua meminerim. obliuio
quam meminerim. Sed quid est obliuio nisi priuatio me
morie. Quo modo ergo adest ut eam meminerim. quando cum
adest meminisse non possum. Aut si quod meminimus me
moria retinemus obliuionem autem nisi meminissemus ne qua
quam possemus audito isto nomine rem que illo signi
ficatur agnoscere. memoria retinetur obliuio. adest
ergo ne obliuiscamur que cum adest obliuiscimur. An ex hoc
intelligitur non per se ipsam inesse memorie. cum eam me
minimus. sed per imaginem suam. quia si per se ipsam presto esset
obliuio. non ut meminimissemus. sed ut obliuiscerem efficeret.
Et hoc quis tandem indagabit. Quis comprehendet quomodo
sit. Ego certe domino laboro hic et laboro in me ipso. factus
sum mihi terra difficultatis. et sudoris nimii. Neque enim nunc
scrutamur plagas celi. aut siderum intervalla dimetimur.
vel terre libramenta querimus. Ego sum qui memini. ego
animus. non ita mirum si a me longe est quicquid ego
ego non sum. Quid autem propinquius me ipso mihi. et ecce me
morie mee uis non comprehenditur a me. cum ipsum me non
dicam preter illam. Quid enim dicturus sum. quando mihi cer
tum est meminisse me obliuionem. An dicturus sum.
non esse in memoria mea. quod memini. An dicturus